

## Tractatus

## Suppositionū

re. sed tamen est fallacia figure dictionis. quia multiplicatur vniuersale in particulare. Et quando dicitur signum exceptiūm includit negationem. ergo facit terminum communem cui adiungitur stare confuse. Dicendum q̄ illa negatio non cadit supra terminum quem immediate sequitur. sed potius negat predicatum ab illo termino. vt p̄z p̄ eius exponentes

**Querit** **U**trum terminus non predicatus s̄m formam enunciandi. stas tamen in situ predicari. sicut hic omnium contrariorum est eadem disciplina supponat simpliciter. Dicendum q̄ sic. dummodo non reputat sibi talis ordo s̄m formam propositionis. Locus ratio est. quia talis situs debetur forme. ergo terminus si tuatus hoc modo induit modum formalis suppositionis. et sic variatio situs subiecti et predicati variat suppositionem. Et nisi in dicta propositione esset suppositio simplex. ipa est falla. vt paruit circa textum

**U**trum subiectum propositionis indefinite supponit personaliter et determinate. sed disciplina in dicta propositione est subiectum propositionis indefinite. ergo supponit personaliter. **U**trum pbatur. quia est terminus communis. et ponitur in subiecto sine signo. Dicendum q̄ ista propositio non est indiffinita. s̄ singularis singularitate nature. sicut ista. homo est species. vt ista. homo est dignissima creaturatur. quia in propositione indiffinita potest fieri descensus ad singularia. sed hoc non potest fieri in ista propositione. Et licet ibi ponatur terminus communis pro tanto quia significat naturam communem. non tamen est terminus communis. prout terminus communis dicitur qui potest predicari de pluribus. **U**trum. Et quando dicitur. diffinitio propositionis indefinite sibi conuenit. ergo est indiffinita. Dicendum q̄ prope ibi non subijciatur terminus communis. quia talis terminus communis non accipitur vt communis. sed vt est singularis. et hoc ideo. quia sicut sub termino singulari non potest fieri descensus. ita nec sub termino communi taliter accepto. et ideo dicitur singularis singularitate nature.

**U**trum propositiones contradictorie debent esse eiusdem suppositionis s̄m genus propinquum. sed ista. nulla disciplina est eadem contrariorum. et contradictoria illius propositionis. disciplina est eadem omnium contrariorum. et in prima est suppositio personalis. ergo etiam in secunda. Dicendum q̄ ista. nulla disciplina est eadem omnium contrariorum non est contradictoria ad istam. disciplina est eadem omnium contrariorum. propter duas causas. Prima quia contradictorie sunt vniuersales et particulares opposite in qualitate et quantitate. sed ista. propositio nulla est particularis. Secunda causa. quia si sic. tunc due contradictorie essent simul vere. quia ista est vera. disciplina est eadem omnium contrariorum. et etiam ista. nulla disciplina est eadem omnium contrariorum. Et est simile de istis. propositionibus. homo est species. nullus homo est species. q̄ sunt simul vere. et ergo non sunt contradictorie.

**Querit** **Q**ualis suppositio sit hic in subiecto et predicato dicendo. homo differt ab alio. **R**espondetur q̄ in subiecto est suppositio simplex. quia stat ibi terminus pro natura. s̄z in predicato est suppositio personalis. quia hoc verbum differt in se negatione. et ideo facit predicatum stare p̄ suppositio

minus pro natura. s̄z in predicato est suppositio personalis. quia hoc verbum differt in se negatione. et ideo facit predicatum stare p̄ suppositio

**U**trum subiectum propositionis indefinite supponit personaliter. sed homo est subiectum propositionis indefinite in prefata propositione. ergo supponit personaliter. Dicendum q̄ non est propositio indiffinita. sed singularis. quia ibi subijciatur terminus communis non vt communis est. sed vt singularis singularitate nature. Est enī sensus propositio q̄ natura humana differt a quolibet supposito contento sub alio

**Querit** **Q**ualis suppositio sit hic. ad eandem requiritur equus. et hic bis comedit offam. hic et rhobone venditur piper. bis audiuit missas. homo est dignissima creaturaturum. cuncta timent dominum. et sic de aliis.

**D**icendum q̄ in oibus istis. ex parte terminis est suppositio simplex. Et quando dicitur. ibi termini non ponuntur p̄ natura. vt posset faciliter probari. et dicitur de singularibus. quia natura equi non requiritur ad equitandum. sed ipm suppositum. Dicendum q̄ duplex est suppositio simplex. quedam est simplex simplex. sicut contingit in propositionibus. vbi terminus accipitur p̄ natura sine inclinatione ad supposita ex parte locutionis. sicut hic. homo est species. et in tali suppositione simplici non potest aliquo modo propositio verificari pro suppositis. Alia est suppositio simplex s̄m quid. et fit in propositio in qua terminus et locutione principaliter accipitur pro natura. et tamen cum inclinatione ad supposita. sed minus principaliter. et in tali suppositione simplici propositio primo verificatur pro natura. et ex consequenti pro suppositis. et sic est in dictis propositionibus.

**U**trum in illa propositione. homo est dignissima creaturaturum. homo accipitur pro suppositis. ergo non supponit simpliciter. Antecedens probatur. quia sensus est q̄ supposita humane nature s̄z dignissima creaturaturum. Dicendum q̄ licet homo possit ibi capi pro suppositis. non tamen pro aliquo supposito determinato. quia tunc propositio esset falla. Et simile est de ista propositione. ad equitandum requiritur equus. quia suppositum equi requiritur ad equitandum. non tamen determinatum suppositum. Et quando repliatur h. homo est dignissima creaturaturum. esse dignissimam creaturaturum verificatur de omnibus suppositis hominis simul. ergo homo supponit confuse. **D**icendum q̄ dupliciter terminus stat p̄ omnibus suppositis. Vno modo mediante signo vti. et sic terminus stas p̄ omnibus suppositis supponit confuse. Alio modo terminus stat pro omnibus non ex modo loquendi. sed ex veritate locutionis. quia potest de omnibus verificari. et terminus sic stas pro omnibus non supponit confuse. vt patet per simile. dicendo homo est animal. quia in ista propositione animal potest verificari de quolibet homine. et tamen ex modo loquendi homo non ponatur pro quolibet homine. ergo non supponit confuse

**Querit** **Q**ualis suppositio est hic. omne animal fuit in archa Noe. Dicendum q̄ illa propositio potest verificari dupliciter. Vno modo in sensu in quo fit. et sic dicitur referre ad illud tempus in quo omnia supposita animal fuerunt et